

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Caput vigesimum secundum. De dialecto Normanno-Saxonica sive
Anglo-Normannica et de dialecto Semi-Saxonica

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1559)

Nicodemi, quod post *Normannorum* ingressum ab australi aliquo *Anglo-Saxone*, ut ut elegantissime fuisse scriptum, ostendunt inter alia voces illæ repetitæ, *capra* & *puht hand*, quarum illam *Gallicæ* originis, & hanc ad *Gallorum* sermonem, qui *dextram* tunc temporis *la droict hand* vocabant, formatas esse constat.

CAPUT VIGESIMUMSECUNDUM.

De dialecto Normanno-Saxonica sive Anglo-Normannica; & de dialecto Semi-Saxonica.

HActenus de dialecto *Dano-Saxonica*, quâ, tam solutâ, quàm vincitâ oratione qui scripserunt, usi sunt *Boreales Angli* imperio *Danorum* subiecti; quibuscum diuturna consuetudine & mutuis conjugii sociati, tandem in unum quasi populum, ut *Sabini* & *Romani*, coierunt. Ordo igitur postulat, ut de dialecto *Normanno-Saxonica* tractemus. Verum ut quæ ei elucidandæ serviunt clarius & distinctius tradamus, de dialecto *Semi-Saxonica*, ut vocatur, dicendum est; in quam australis illa *Saxonica* (sub qua semper & occidentalem comprehendendo,) quam puriorem *Anglo-Saxoniam* supra vocavimus, tandem, pariter ac purior ille sermo antiquorum * *Anglorum* qui *Northymbriam* veterem incoluerunt, in *Dano-Saxoniam* mutata & corrupta erat. *Semi-Saxoniam* autem eam docti nominant, quod medius quasi sermo, vel pene medius esset, inter puriorem *Anglo-Saxoniam*, & *Anglicanum* illum, qui majoribus nostris ante centum & quinquaginta annos vernaculus erat. Quemadmodum enim *vinum acescens*, nondum tamen in acetum conversum, *semivinum* & *semiacetum* dici, usu adprobante, possit; sic australium nostrorum *Saxonum* medium illum, vel ad medium accedentem sermonem *Semi-Saxonicum*, & si usus vellet, *Semi-Anglicum* haud absurde nuncupandum esse iudicamus.

Quinimo labefactatus ille australium *Saxonum* sermo, si usus pateretur, *Dano-Saxonicus* australis dici haud improprie possit. *Dani* enim longe latèque per australes & occidentales *Angliæ* partes continuo peragrantes, easque, præsertim exeunte nono, & decimo seculo ineunte, circumcirca navigantes, atque tandem quum mari, tum terrâ, summâ rerum potiti, novâ linguâ, novis moribus, novisque institutis *Anglo-Saxonum* loquelam, ex simplici hybridam, ex sincera mixtam, & ex pura corruptam adeo & barbaram fecerunt; ut versus seculi decimi finem, & deinceps ad introitum *Normannorum*, non tantum apud boreales, sed etiam australes *Saxones*, *Anglo-Saxonicum* sermonem in ipso *Anglo-Saxonico* sermone quæreret. Porro etiam *Canuto* totius *Angliæ* monarcha imperante, par est credere clerum *Saxonicum* cum patriciis & equestris ordinis hominibus, ut domino suo placerent & gratificari viderentur, ejusque gratiæ velificari, *Danicam* linguam, quæ jam tu aulam personabat, studiose didicisse. Hoc ut credam faciunt *runarum Danicarum*, tam simplicium, quam duplicium descriptio quædam poetica, *Anglo-Saxonice* explicata; quæ in bibliotheca *Cott.* extat, *Orbo B.* 10. p. 165. quamque vix antea & ne vix observatam, nedum publici juris factam, plane quasi ab omnibus doctis spectatu dignam, hic cum *runis* ære incisis, operæ & sumptûs pretium exhibere iudicamus, *Latinis* additis ex adverso elementis, ad ostendendam *runarum* potestatem, una cum iis nominibus quibus appellantur ipsæ *runæ*.

* *Chron. Sax. bibl. Cott.* Anno *DCCCCLXIX.* þa cpomon ða men of ðpym megdum Germania. of Calbreaxum. of Englum. of Leatum oððe lotum. Of lotum cpomon Lantpapa. and vihtpapa. þ iſ reo megh ðe nu eapdiað on viht. 7 ðat cyn on veartreaxum. þe nu gyt to ðæg lutna cyn het. Of Calbreaxum cpomon Eastreaxa. 7 Supreaxa. and veſtreaxa. Of Engle cpomon re a rýððan rtoð pertig betpeox lutum 7 Seaxum. Eastengla. 7 Midbelengla. 7 Weapca. and ealle Northymbra. *Ac venerunt viri de tribus Germania provinciis de*

Antiquis Saxonibus, de Anglis, de Gothis sive Futis. Futis oriundi sunt Cantuari & Vectuarii; hæc est ea gens quæ nunc incolit Vectam, quæque gens apud Occidentales Saxones adhuc vocatur Futarum progenies. Ab Antiquis Saxonibus originem duxerunt Orientales Saxones, & Australes Saxones, & Occidentales Saxones. Ab Anglis (quorum patria ab eo usque tempore mansit deserta inter Futas & Saxones) originem duxerunt Angli Orientales, Mediterranei, Angli, Mercii, ac omnes Northymbri. vide etiam chronicon Saxonicum Gibsoni, in eodem anno.

E Codice MS. Bibliotheca Cottoniana, cujus nota, Otto, B. 10.

f ^{col.} F
 u ^{ur} U
 ɔ ^{ɔm} Ɔ
 o ^{or} O
 n ^{na} N
 c ^{ca} C
 ʒ ^{ʒu} ʒ
 uu ^{uu} Uu
 h ^{ha} H
 n ^{na} N
 i ^{ia} I
 ʒ ^{ʒu} ʒ
 eo ^{eo} Eo
 p ^{pa} P
 x ^{xa} X
 r ^{ra} R
 t ^{ta} T
 b ^{ba} B
 e ^{ea} E
 m ^{ma} M
 l ^{la} L
 ms ^{ms} Ms
 oe ^{oe} Oe
 ɔ ^{ɔm} Ɔ
 a ^{aa} A
 ae ^{ae} Ae
 y ^{ya} Y
 lo ^{lo} Lo
 ean ^{ean} Ean
 ɔ ^{ɔm} Ɔ
 q ^{qa} Q

byþ frofur. þina gehpýlcum. ƿceal ƿeah manna gehpýlc. miclun hýt bælan.
 Ʒif he ƿile. for ƿrihtne ƿomeþ hleoƿan.
 byþ anmob. 7 ofeþ hýrned. ƿela ƿrecne. ƿeop ƿeohteþ. mid hoþnum. mæ-
 ƿe moþ ƿtapa. þ ƿ moþiƷ ƿuht.
 byþ ƿearle ƿceap. ƿeƷna gehpýlcum. anƿen-Ʒýr ƿýl. unƷemetun ƿeþe.
 manna gehpýlcun. ƿe him mid ƿerteþ.
 byþ orþþuma. ælcne ƿƿæce. ƿiƿomeþ ƿƿaþu. and ƿitena ƿrofur. and
 eopla gehpam. eabnýr and to hiht.
 byþ onƿecýbe. ƿinca gehpýlcum. ƿeƿte and ƿriþþæt. ƿam ƿe ƿitteþ on-
 uƿan. meape mægen heapþum. ofeþ mid ƿaþaþ.
 byþ ƿƿicepa gehpam cuþ on ƿýne blac and beoþhtic býrneh oftuht ƿæþ
 hi æþelingar inne ƿertaþ.
 Ʒumena byþ ƷlenƷ and hepenýr. ƿƿaþu 7 ƿýrþýcýpe 7 ƿƿæcna gehpam ap
 and ætƿirt ƿe byþ ofna leaþ.
 ne bƿuceþ ƿe can ƿeana lýt ƿapeþ and forƷe and him Ʒýlfa hæþþ blæþ
 7 blýrre and eac býrƷa Ʒeniht.
 byþ hƿituht copna. hƿýrþe hit of heofoneþ lýfte. ƿealcaþ hit ƿinþeþ ƿcu-
 na. ƿeopþeþ hit to ƿætere Ʒýðþan.
 byþ neapu on bƿeoƿtan ƿeopþeþ hi ƿeah ofe niþa beapnum to helpe and to
 hæle Ʒe hƿæþne Ʒif hi hiþ hlyrtaþ æþon.
 byþ ofeþ cealbunƷe metum ƿlibon Ʒhnaþ Ʒlæþ hluttuþ Ʒimmum Ʒeli-
 curt. ƿloþ forƿte Ʒe ƿopulit ƿæƷeþ anýne.
 byþ Ʒumena hiht ƿon Ʒob læteþ halƷ heofoneþ cýning hƿuþan Ʒýllan
 beoþhte bleþa beoþnum and ƿeapþum.
 byþ utan unýmeþe tƿeoþ. heapþ hƿuþan ƿæþe hýrþe ƿýneþ. ƿýrþnumun
 unþeppþeþþ ƿýnan on eþle.
 byþ Ʒýmble ƿleƷa. and hlehteþ ƿlancum ƿap ƿiƷan ƿittaþ on beoþ ƿele
 bliþe æt ƿonne.
 ƿeccapþ hæþþ oftuht on ƿenne. ƿeþeþ on ƿatuþe. ƿunþaþ Ʒrimme. bloþe
 bƿeneþ beoþna gehpýlcne ƿe him æniƷne onƿenƷ Ʒeþeþ.
 ƿe mannum Ʒýmble biþ on hihte ƿonn hi hine ƿeþaþ ofeþ ƿiƿceþ beþ of
 hiþnum heƷeþt bƿinƷeþ to lanþe.
 biþ tacna Ʒum healdeþ tƿýpa ƿel. ƿiþ æþelingar a biþ onfæþýlþe. ofeþ nihta
 Ʒenþu. næþne ƿƿiceþ.
 byþ bleþa leaþ. beþeþ eþne ƿpa ƿeah tanar butan tubþeþ. biþ on telƷum ƿli-
 tiƷ. þeah on helme hƿýrþeþ ƿæƷeþe. Ʒeloben leaþum lýfte ƷetenƷe.
 byþ for eoplum æþelinga ƿýn. hoþr hoþum ƿlanc. ƿæþ him hæleþe ýmb. ƿe-
 leƷe on ƿicƷum ƿƿiþlaþ ƿƿæce. 7 biþ unſtýllum æþne ƿrofur.
 byþ on mýrƷþe hiþ maƷan leof. ƿceal þeah anpa gehpýlc oþrum ƿƿican.
 for ƿam ƿrihten ƿýle ƿome ƿine þ eapme ƿlærc eopþan betæcan.
 byþ leoþum langrum Ʒeþuht Ʒif hi ƿculun neþun on nacan tealþum. 7 hi
 ƿæ ýþa ƿƿýþe bƿeƷaþ. and ƿe bƿum heƷeþt bƿuþleþ ne Ʒým.
 ƿæþ æþeþt mid eaþt ƿenun. Ʒe ƿeþen ƿecƷun. of he Ʒýðþan eþt. ofeþ ƿæƷ
 Ʒeþæt ƿæn æþteþ ƿan. ƿur heapþingar ƿone hæle nembun.
 byþ ofeþ leof. æƷhþýlcum men. Ʒif he mot ƿæþ. ƿihteþ and Ʒeþýrena
 on bƿucan on bloþe bleaðum oftaþt.
 byþ ƿrihtneþ ƿonþ. ƿeopne mannum. mæþe metoþeþ leoht. mýrƷþ and
 to hiht eadƷum and eapnum. eallum bƿice.
 byþ on eopþan. elþa beapnum. ƿlærcþeþ ƿoþon ƿeþeþ Ʒelome ofeþ Ʒanoteþ
 bæþ ƷapƿecƷ ƿanþaþ. hƿæþeþ ac hæbbe æþele tƿeoþe.
 biþ ofeþ heah. elþum ƿýne. ƿtiþ on ƿtaþule. ƿeþeþ nihte hýlt. ƿeah him
 ƿeohtan on ƿiþar moniƷe.
 byþ æþelinga 7 eopla gehpæþ. ƿýn and ƿýrþmýnþ. byþ on ƿicƷe ƿæƷeþ. ƿært-
 lic on ƿæþeþe. ƿýnþ Ʒeacepa ƿum.
 byþ ea ƿixa. and ƿeah abƿuceþ. ƿoþneþ onfaldan. hæþaþ ƿæƷeþne eaþþ.
 ƿæþne beoþpen. ƿæþ he ƿýnnum leofaþ.
 byþ egle eopla gehpýlcun. ƿonn ƿærtlice ƿlærc onƷinneþ. hƿapcolian hƿuþan
 ceoþan blac to Ʒeþebþan bleþa Ʒeþneofaþ. ƿýnna Ʒeþtaþ ƿeþa Ʒeþƿicþaþ.

Hos characteres $\text{𐍂 𐍃 𐍄 𐍅 𐍆 𐍇 𐍈 𐍉 𐍊 𐍋 𐍌 𐍍 𐍎 𐍏 𐍐 𐍑 𐍒 𐍓 𐍔 𐍕 𐍖 𐍗 𐍘 𐍙 𐍚 𐍛 𐍜 𐍝 𐍞 𐍟 𐍠 𐍡 𐍢 𐍣 𐍤 𐍥 𐍦 𐍧 𐍨 𐍩 𐍪 𐍫 𐍬 𐍭 𐍮 𐍯 𐍰 𐍱 𐍲 𐍳 𐍴 𐍵 𐍶 𐍷 𐍸 𐍹 𐍺 𐍻 𐍼 𐍽 𐍾 𐍿}$ ad alia festinans
 studioso lectori interpretanda relinquo.

II. Extat & altera literarum Dano-runicarum descriptio, cum explicatione Anglo-Saxonica, in eadem bibliotheca, (Domitianus A. 9.) quam in tabella lectori studioso hic infra offero:

feoh. up. ðorn. of. pad. cen. gifu. pen. hegel. nead. eac. geor. sigel. peopð
 f. n. þ. ð. R. h. X. P. H. þ. t. l. ð. S. C. Y. R
 f. u. ð. o. n. c. z. uu. h. n. i. zc. eo. p. x. r
 z. y. bere. eþel. deg. lagr. mc. mann. pro. ac. æsc. yr. z. y. 10. p. c. p. d. 10. x.
 ↑. B. M. M. T. X. W. R. F. F. M. Y. * . W. M
 τ. b. e. m. l. m̄. d. m̄. oe. a. æ. γ. ear. io. q. k.

Sequentia, manu recentiori		
f. feoh. i. pecunia.	g. gifu. i. grahà.	h. hegel. i. grando.
e. ethel. i. patria.	d. deg. i. dies.	th. thorn. i. spina.
m. man, vel mann. i. homo.	a. ar. i. reverentia.	ae. aesc. i. fraxinus.
ea. gear, vel ear. i. a. nūs.	st. vel z. stan. i. lapis.	r. rad. i. consilium.
b. bere. i. cortex.	i. sigel. i. velum.	u. ur. i. noſter.

Ex his, tanquam ex idoneis testibus, valde probabile est Anglo-Saxones discendis runis operam dedisse. Neque mirum est victos victorum, servos dominorum linguam didicisse, in qua, cum aliquid rogarent, ab iis se gratiores audiendos esse, & quæ peterent, facilius impetraturos scirent.

III. Præterea cum in potestate Danorum tandem Saxones australes essent, non mirum est eorum sermonem sub Danico imperio languentem fatisci cæpisse, & cum Saxonica rebus in deteriorem partem abiisse. Saxones fregerunt Dani, fregitque paulatim Anglo-Saxonica loquela Danica, & quasi statum illius mutando in alteram pene mutavit. Quemadmodum autem Status mutatio, quam diminutionem capitis veteres Romani vocabant, triplex fuit; maxima, minor & minima: sic à Danis in Anglia prævalentibus, & deinceps usque ad finem seculi secundi decimi, puriori australium Saxonum sermone quasi triplex accidit mutatio status; minima quoad scripturam, quoad voces & phrasas major, & maxima quoad syntaxin; quo jus omne suum, sub Normannis dominis, cum Saxonica civitate & libertatibus, adeo perdidit, ut nomen suum retinere non permiffum esset.

Secundum hanc igitur triplicem status mutationem, australium Saxonum linguam in Semi-Saxonica labascentem tripliciter considerandam esse judicamus. primò quoad scripturam, vel scribendi rationem mutatam. secundò quoad voces phrasasque, quæ jam tum peregrinæ introire cœperunt. denique quoad syntaxin, quæ cum tempore primum sub Danis, dein sub Normannis dominis, non solum in concordantiæ regulis, sed in omnium partium orationis constructione, quas antea erat religio temerare, maxime violata est.

IV. Primum igitur, in quo Anglo-Saxonica australis, quasi suæ dignitatis immemor, in Semi-Saxonica degenerasse cernitur, est veteris scribendi moris in novum conversio, nonnullas permutando literas, ex quibus voces solebant formari. Sic z in i vel y vertitur in principio, medio, & fine dictionum. In principio: ut iunge pro geonge, chron. Sax. Gibf. p. 168, 1. and elles amýþdon manize iunge men. Sic p. 37. 11, 13. iatepeapð bis legitur pro zatepeapð. Sic quoque iax legitur pro zax, 231. 2, 10. iet pro zyt, 232. 42. iax pro zax, iuen & iauen pro zifen, 242. 37, 38, 46. he ruop on haligðom. 7 zifles fand. þ he alle hif cartelez sculde iuen up. yome he iax up. 7 yome ne iax he noht. 7 bpohten hipe into Oxenfoþb. 7 iauen hipe ðe buþch. Sic quoque ieden pro zeoden, iwerunt. 22, 4, 46. In medio: ut cæie pro cæze, clawe, 38, 29. æihpe pro æzihpe, utraq, 153, 25. peinar pro pezna, pluvias, 219, 30. Quibus adde bæiez pro bægez, bebýied pro bebýiged vel bebýiged, sepultus, ppeide pro ppezge, accusabat, & id genus multa. In fine: ut bæi, dies, pro bæz; ælmihzi, omnipotens, pro ælmihzi; zpenti, viginti, pro zpenti; hæui pro hezi, gravis; mai pro mæz, possum; lai pro laz, jacebam; æni pro æni, ullus; býri pro býri, urbs; & istius modi innumera alia: ut ðeiner pro ðezner; yelled pro zezelled; ipitnesse pro zepitnesse; ibidden pro zebiddan; quæ omnia leguntur in charta quadam Edwardi confessoris dicti, quæ in Latinis (þ & p exceptis) literis transcripta extat, inter alias haud paucas in archivis ecclesiæ cathedralis Wellensis.

EDuard King gret Harold Erl and Tavid minne schyre-refen and alle mine þeines inne Sumirfæten frendliche. And ich keþe eu þat Alfred havet iseld Gife bissop his land at Hlyttón sa cleas and clane toforen me silven æt Peddredan on mine ipitnesse and Eadithe mine ibidden, and on Haroldes ærles.

V. Sic

V. Sic etiam c in k vertitur: ut in king & kinges, pro cýng, cýnges; múneces pro múneces; bpoke pro bpoce; maken pro macan; makebe pro macebe vel macobe; akýnnebnýsse pro acennednýsse; kenþ pro cenþ; taken pro tacen vel tacn; & in multis aliis.

VI. Sic f mutatur in u & v: ut in æwertlice pro æwertlice, *quam celerrime*; have pro hafte, *habeo*; leove pro lufu, *amor*; live pro lufe, *vita*; luvébe pro lufiade, *amabat*; feoven pro feofon, *septem*; heouene pro heofene, *calo*; heruert pro hæpferet, *autumnus, messis*; neue pro nefa, *nepos*; æupe pro æfpe, *semper*; næupe pro næfpe, *nunquam*.

VII. A finale vertitur in e: ut in ðape & ðæpe pro ðæpa, gen. plur. articuli vel pronominis fe, feo, ðæt. Lantpape pro Lantpapa, *Cantiani*; ofne pro ofna, *aliorum*; tpeþne pro tpeþna, *duorum*; Lantpapeþýri, *Anglice Canterbury*. bpoþne & fpuþne, pro bpoþna & fpuþna, *fratrum & sororum*. Hinc a finale in e breve verbum nonnunquam in fine omittitur: ut in gepiten pro gepitena, læped pro læpeða, laped pro læpeða vel lepeða: ut, be hif gepiten pæð. læped. 7 laped. ðe on hif kýnepice pæpon.

VIII. E in æ mutatur: ut in Daniycæ pro Daniyce, *Dani*; innæ pro inne, *in*; gepihtæ pro gepihtæ, *ius*; pæll pro pel, *bene, valde*. cýþæ, pro cýþe *ostendat*; ænde pro ende, *finis*. ænd pro anb, &c.

IX. E & g vertuntur in ch: ut chilb pro cilb; ða oncneopan hio be ðam porþen. ðe heom geræð pæf be ðam chilbe. æfter ðam ðe ehta ðages gefelb pæpon þ ðæt chýlb embyrniden pæpe, *Luc. II, 17, 21. evang. Hatton*. Sic penchen pro peoþcan; piche pro pice; cheþne pro ceapne; ich pro ic; cheþu pro ceapþu; ut, he gadered hif hþæte on hif beapn. ða cheþu he forþæpneþ on unabþeandlice fýpe, *Matth. III, 12, evang. Hatton*. Sic mychel pro micel; buþch pro buþg; & similia.

X. D & ð invicem transmutantur: ut Dauþe pro Dauþe, *Davide*; gecþýpþ pro gecýpþ, *convertet*; gadeped pro gadepað vel gadepð.

XI. F ante m abjicitur: ut in pimman pro pifman, *mulier, femina*. hlammeþne vel hlammeþne pro hlammeþne *primitiarum festum*. h non raro ponitur ante voces à leni incipientes: ut in hif pro if, *est*; hupe pro upe, *nofter*; huppon pro uppon, *super*; holbe pro olbe. n finale etiam haud raro vertitur in m: ut in inþom pro inþon, ongem pro ongen.

XII. Af terminatio nominativi & accusativi pluralis primæ declinationis vertitur in in ef: ut in ftanef pro ftanaf, *lapides*: ut cpeþ þ ðaf ftanaf fýen to hlafe gepoþan, *Matth. IV, 3. in evang. impressis*, cpeþ þ ðaf ftanaf to hlafe gepuþon. Sic, foðlice manege ða ðe him folgdon papen bokeþer. Hwi fæfþed Iohanner leornungcnihtes. foðlice ða ðages cum eð. Iftiufmodi plurima occurrunt in *chron. Sax. Gibf.* ut bycoper, eoplef, cingef, utlægef, & similia.

XIII. F in uu vertitur: ut in uupeþe, *accusavit*, pro ppeþe, *chron. Sax. Gibf. 237, 5.* uuolbe pro polbe. *ibid. 6, 13, 14.* uuapþ pro papþ; quod etiam pro papþ vel peapþ, *ibid. 26.* ufurpatur etiam post introitum Normannorum pro u: ut in pncpæ pro uncpe, pf pro uf, Bpþermeþe pro Butermeþe, quæ omnia extant in hac charta Gullhialmi, Conquæftoris dicti, quæ magno sigillo appendente munita extat in Bibliotheca *Cottoniana*.

✠ I C pillæm ciningæ gnaet pælcælm bycop 7 hugæn ðæ porþ 7 eadrapþ fciþ gæpæfæn 7 eallæ hif ðægnæf on hæmpton 7 on pilton-fciþæ fpeondlice 7 criþæ eop þa ic an ðaf landæf æt hþæpmeþæ to ðam ealþan hiepæðæ on rintanceaftra to hæbbænne 7 to bpuccænne eallæ fpa fpeolf þa hie hæbbænne on þlæ moncan bæga ðæ gæ hit fælbæn into ealþan munftra on rintanceaftra on cining cænut bæga ðæ hæ monancæn becæmæ. þonnon ic pillan ðæ hie hæbbæn eallæ fpa fpeo mid eallæ ðæ ðingæ ðæ to gæ hupæþæ þ hie hælbæn on cænut 7 eadrapþ ciningæ bæga on lænd 7 on fipænþæ on pibæn 7 on fælbæn and on læfan 7 eallæ pite læfþæ 7 mæpæ fpa fpiþæ fpa hie fpiþoft hæfþon on æmæf ciningæf bæga ofæ bycopæf bæga ðæ ætfoþan pf pæpon. gæpmitæ æt london on pncpæ gæmotæ gæpitanæfþæ ðonnon byceop pælcælm oban ælgælf fapþ ælfþi 7 eadpæ; ✠

$\frac{p}{c\bar{o}} \mid \frac{i\bar{l}}{q\bar{r}}$

XIV. In *Normanno-Saxonicis* t legitur pro þ: ut in tatt pro þatt, *id, quod. tæp* pro þap, *ibi. teþþ*, pro þeyþ, *Anglice they, illi*. Et ut g in *Semi-Saxonicis* convertitur in i vel y, quemadmodum supra ostendimus: sic in *Normanno-Saxonicis* non raro pro his vocalibus stat, earumque potestatem vel valorem exprimit: ut in Mape pro Mæpe, *Maria*, teþþ pro teþþ, *Anglice, they, illi. teþþne* pro teþþne, *Anglice, their, eorum, suos*. geþe & geþen pro ieþe, ieþen, M m

den,

den, Sax. geobe, geobon, *ibat, ibant*. Quæ omnia occurrunt in homiliarum libro quodam in Bibliotheca Badlejana ORMULUM inscripto, columna 330, ubi describuntur nuptiæ, ad quas *Jesus & ejus discipuli vocati erant*. excerpta hæc consulat lector *Latine hunc in modum reddita*:

to ðe ðriðbe ðæg belamp. swa sum ðe god-
pell kyðeþ. þ in þe land of galile þar an bni-
bale garrked. 7 itt þar garrked inn an tun
ðatt þar cana gehaten. 7 cwiðter modorr
mange þar att tatt bñibaleþ fæte. 7 cwið-
þar clopedd till þatt þurp þi hie leþning-
cnihterþ. and tegeþne þin þar ðpunken swa.
þatt tær þar þa na mape. 7 cwiðter modeþþ
com till cwiðt. 7 regeþde him þurp þi þopde.
þurp þin if ðpunken to þe geþund. 7 niþ þeþ
nu ne mape. 7 upe laþeþd leþu cwiðt regeþde
till þi modeþþ. þat felleþ þurp till me þi
ðe þimman þatt tu mæleþte. Abid abid þim-
man abid. ne com noht get mi time. 7 þan-
te mange geþe anen. 7 regeþde to þe þiþerþ.
ðoþ þatt tatt he þhall biþden geþ. ne be ge
noht tær geþerþ. þeþ haþþden reþe þeþerþ
þær att tatt bñibaleþ fæte þatt þæþen. sum
þe godþpell regeþþ. reþe þtanene þeþerþ. þillke
sum þatt luþerþkenn þollk þar þunedd 1 þ time
to þarþhenn ofþe þeþeþne lic. to clenþen hem þ
þiþe. 7 tþarþalð ofþe þþeþalð mett þa þeþerþ
alle token. 7 cwiðt badd tatt tegeþ þholden
gan 7 þillen þeþeþne þeþerþ þi þateþþ. 7 tegeþ
geþen till. 7 ðidenn þ he regeþde. 7 þilledun up
till þe þneþd þi þateþþ þeþeþne þeþerþ.

die tertia contigit, sicut in quodam evangelio traditur, quod in terra Gallileorum paratum esset epulum nuptiale, & paratum quidem erat in oppido quodam Cana dicto. Christi autem Mater in epulo isto nuptiali discumbibat, imò Christus ipse ad domum illam [in qua nuptiæ celebratæ erant] cum discipulis ejus vocatus erat. vino vero eorum ita exhausto, ut nihil amplius reliquum esset, mater Christi ad eum venit, dicens: vinum ad fundum est exhaustum, & ejus nihil amplius restat. Dominus autem noster Jesus matri respondet: quid mihi & tibi est, quod dicis mulier! Expecta, expecta mulier, expecta, nondum enim venit hora mea. Sancta igitur Maria sola secedens, dixit ministris; quocumque vobis dixerit, facite, neque adversamini. In epulo autem nuptiali posita erant sex vasa, quæ, quemamodum evangelium quoddam refert, lapidea erant, in quibus Judæi secundum consuetudinem, corpora sua lavabant in istiusmodi temporibus, ad se id faciendo purificandos. Singula autem vasa capiebant binas vel tres metretas [amphoras;] atque Christus jubebat, ut irent atque implerent vasa sua, cum aqua, & abeuntes illi, quod ille jusserat, fecerunt, vasa sua usque ad labra adimplentes.

Hinc etiamnum apud *Scotos*, *z* in *z* mutatum scriptum non raro legitur pro *y*: ut in *zit* pro *yet*, *tamen*, *hactenus*; *ze & zou* pro *ye & you* *vos*; *zeris* pro *peris*. *Anglice* *peares*, *anni*; *disdenze* pro *disdenye*, *Anglice* *disdein* *contemptus*; *fenze* pro *fenye*, *Anglice*, *feigne*, *disimulare*; *failzeit* pro *failþeit*, *Anglice*, *failed*: ut *I have failed*, *desui*. Quæ omnia occurrunt in *Douglasii* præfatione, ante versionem suam *Æneidos Virgilianæ*: ut,

Þane is nor was nor zit sal be trow I.
And that ze knaw at quhais instance I tuke
For to translat
And git forsoith I set my besy þane
As that I couth to make it brade and plane.
— quhen twelf zeres he had been diligent.
Quharfor zou gentill Redaris, I beþeiche.
His twelf zeris laboures war not worth ane myte.
That neber zit na sunfull list refuse.
In caise I fail have me not at disdenze
Thocht I be lewt, my leile hart cannot fenze.
Gif I have failzeit, baldlie repreif my rime.

XV. Et etiam in *Semi-Saxonice* videtur usurpatum nonnunquam pro *h*: ut in *geþeag*, *geþegen* pro *geþeah* vel *geþah*, *geþehen*; *heag*, pro *heah*; & *heagerter* pro *heahþter*, vel *heþter*; *heagerþan*, pro *heahþtan*.

XVI. Porro syllabicum istud augmentum *ge*, quod verbis, verbalibus, & præteriti temporis participiis apud *Anglo-Saxones* præponitur tum ornamenti causa, tum non raro ad augendas eorum significationes, amat *Semi-Saxonice*, haud secus ac elementum *z*, in *i* vel *y* vertere: ut in *ilæþed* pro *gelæþed*; *ylærþed* pro *zelærþed*; *iol* pro *geol*; *icleþed* pro *gecleþed*; &c. Quinetiam id quasi aspernens *Semi-Saxonice* amat abjicere: ut in *geþeþeþed*, *Saxonice* *geþeþeþ* pro *geþeþeþeþ*, *parate*; *þilnunþe* pro *geþilnunþa* *cupiditates*; *mæcchen* pro *gemæccan*, *uxorem*; *mæþþian* pro *geþiþmæþþian*, *diffamare*. Sic in evang. *Hatton*. *Geþeþeþed* *þrihtner* *þeþ*, *Marc.* 1, 3. *Saxonice* *geþeþeþeþ* *þrihtner* *þeþ*: Of *erþþe* 7 *þriþdome* *þeoplþ* *þelene*. 7 ofþe *þilnunþe*, *Marc.* 14, 19. *Saxonice* of *þriþdome* *þeoplþ* *þelene*. 7 ofþe *geþilnunþa*: And *noþe* *hio* *mæþþian*, *Matth.* 1, 19, *Saxonice*, 7 *noþe* *hi* *geþiþmæþþian*. v. 24, *he* *onþeþ* *þiþ* *mæcchen*. *Saxonice*, *he* *onþeþ* *þiþ* *gemæccan*:

XVII. Um

XVII. Um etiam terminationem tum substantivorum dativi pluralis, tum adjectivorum in dativo utriusque numeri, *Semi-Saxonica* non raro mutat in *en*, & quandoque in *an*: ut in evang. *Hatton. Luc. 1, 5.* on Depode dagen. *Sax.* on Depoder dagum. & of Aaponey dohtpen. *Sax.* of Aaponey dohtpum. v. 17. to heopa beapnan. *Sax.* to hýpa beapnum. v. 28. Du ept gebletred on pípen. *Sax.* Du eapt gebletred on pífum. v. 44. on minen eapen. & on minen innoþe. *Sax.* on minum eapum; on minum innoþe.

XVIII. Supra observavi p *Saxonicum* in *Gallo-normannicum* uel esse versum, chronici *Saxonici Gibf. pag. 237, 5.* nempe in anno *MCCXXII.* qui fuit *Henrici I. XXXI.* Nec mirum cuiquam videatur monachum *Petroburgensem*, qui hoc chronicon partim transcripsit, & partim composuit, sive is *Hugo Candidus*, alias *White*, qui floruit Anno *1130.* sive qui post eum floruit anno *1245.* *Robertus Swapham*, sive quis alius fratrum fuit, *Saxonicam* scripturam in nonnullis immutasse; cum, * *Ingulpho* teste, *modus scribendi Anglicus* [i. e. *Saxonicus*] *Gulielmo* suo regnante *omitteretur*, & *modus Gallicus* [i. e. *Gallo-Normannicus*] *in chartis & libris omnibus admitteretur.* Imo *manus Saxonica* tunc temporis, † eodem auctore, *inustata penitus & invisita, ac maxime cum gente sua contemptui habita, & nimium inacceptata erat;* & *manus Gallicana, quia magis legibilis & aspectui prædelectabilis præcallebat, frequentius indies apud omnes Anglos complacebat.*

Verum ut scripturæ *Anglo-Saxonicae*, in *Gallicam* sive *Italicam*, mutationem altius repetam, sciendum est ab *Alfredi R.* temporibus, qui à *Gallis* doctoribus in literis institutus erat, *manum Saxonum*, quæ in scribendis omnibus antea usitata erat, in defuetudinem abire cœpisse, & *manum Gallicam*, quæ nitidior & magis oculos delectare videbatur, apud *Anglos* inolevisse. Hoc magno opere tradit *Ingulphus* in historię suæ *Croyland. editæ Oxonii, ** pag. 85.* ubi scribit chartas *Eadredi R.* monasterii *Croylandensis* instauratoris, *Edgari* & aliorum *R. R.* qui iis successerunt, usque ad sua tempora duplicate, quum *Saxonica*, tum *Gallicana* manu scriptas fuisse, seque omnia monasterii sui monumenta, tam hæc quam illa conscripta, coram domino suo *Gulbialmo Conq.* exhibuisse, qui ea diligenter perlecta & examinata benignissime suo diplomate confirmabat. Hinc tot *RR. Anglo-Sax.* chartas *Latine* scriptas, in manu *Gallica* nitentes, etiamnum in archivis videmus. penes me habeo à dignissimo viro *Edwino Sandys* archidiacono *Wellensi* missum apographum accuratissimum chartæ *Eadredi R.* quæ monasterio *Glastingabyriensi* quandam villam *XXV* cassatorum, *Puceleyrcam* vocatam, pro animæ suæ & fratris *Edmundi* salute donat, in literis *Gallicis* integre, si y *Saxonicum* excipias, exaratam. Termini autem terrarum *Saxonice*, & in *Saxonica* manu, in eadem charta, integre describuntur. excepto Gallico s, quod cum *Saxonico* r, non raro per totam descriptionem, intermistum cernitur; præsertim in voce *spa*, & in syllabis quæ ab s ordiuntur. Hinc etiam est quod in †† charta *Eadgari R.* qua Anno Dom. *DCCCCLXIV.* terræ quandam portionem *Beorhtnoþo* comiti dat, non tantum s longum, sed s curvum & rotundum, quum in principio, tum in medio & fine vocum occurrit. ut in hoc ejus Apographo cernere est.

✠ **A**Nno ab incarnatione dñi nr̄i ih̄u xp̄i. *DCCCCLXIII.* ego eadgar̄a diuina allubescence gn̄atia p̄x et pp̄michep̄ur albionis pup̄is quandam particulam bin̄y ab accol̄y estimatam mansiunculis beoph̄tnoþe comiti mih̄ique pp̄æ quibusdam ceter̄y dilecto liberam p̄p̄ter ancem pontem expeditionemque pp̄o sua larḡiflua mes̄itorum Impensione in loco qui uulgar̄i famine dicitur culnan cl̄y ut temporibus uitæ suæ felicissime utatur. hisque transactis in perpetuum ius heredi cuicumq; placuerit derelinquat libenter abmodum largitus sum. Quod si quisque quod non optamus huiuscæ donationis scebulam uel in minimo infringere temptauerit hoc ni digno pp̄ius dempserit penitamine. se sentiat perpenniter passurum in cruciamine. Et his limitibus pp̄æratæ telluris particula quæqua uersum circumḡirari uidetur *Ærest of ymepe on heafecan-beoph.* of ðan beophge on cub̄nebes-treop. of ðan treope on þa dic 7 lang dic ðæt on stupe ðonne of stupe ðæt ept on ða dic 7 lang dic ðæt on hopsa þroc 7 lang þroces on cenunþa forð of ðan forða utan piþ ðone puþu ðæt to cyneþapes stane of þan stane on hoccan stige of ðæne stige on mæp p̄lle of ðæm p̄lle on ða dic 7 lang dic on stupe of stupe on mæp̄bene 7 lang bene to pinð-ofpe of

* Edit. Oxon. p. 71. † P. 85. ** *Manus Saxonica* ab omnibus *Saxonicis* & *Mercis*, usque ad tempora *R. Alfredi*, qui per *Gallicos* doctores omnibus literis apprime instructus erat, in omnibus chirographis usitata, à tempore dicti domini

regis defuetudine uiluerat, & *manus Gallicana*, quia magis legibilis, & aspectui perdelectabilis præcallebat, frequentius indies apud *Anglos* omnes complacebat. †† Extat hæc charta cum iis quæ continuo sequuntur in Arch. Eccl. *Wigorniensis*.

pind-oppne on done stapol of ðan stapole on done peg anblanz peges in þæt flæb of ðam flæbe on lýtlanbune anblanz peges ðæt eft on ulmepe. Ði testes ppæfate uideban-
tup lanztuuncule quopú inþeriuþ titulatim nomina cappaþari uidentur.

- ✠ Ego eadgar rex hoc bonum lagitus sum.
- ✠ Ego dunstan archiepiscopus consensi et subsc.
- ✠ Ego ofcýtel archiepiscopus consensi et subsc.
- ✠ Ego ælfstan lundaniensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego pynsige licetfeldensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego eþelpold uuentaniensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego alþold uirgornensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego alþpold scýna bupnensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego alþpold criþiensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego eadelm þelinensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego beophthelm fontaniensis epís cons et f.
- ✠ Ego ofulf sunnungensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego ælfstan hpouensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego aþulf helm hamnensis epís cons et subsc.
- ✠ Ego ælfhepe dux cons et subsc.
- ✠ Ego aþelstan dux cons et subsc.
- ✠ Ego ælfheh dux cons et subsc.
- ✠ Ego beophthnoð dux cons et subsc.
- ✠ Ego æþelpine dux cons et subsc.
- ✠ Ego beophthpæpð mins cons et subsc.
- ✠ Ego ælfpine mins cons et subsc.
- ✠ Ego oþþpold mins cons et subsc.
- ✠ Ego æþelþige mins cons et subsc.
- ✠ Ego alþpold mins cons et subsc.
- ✠ Ego pulþstan mins cons et subsc.

Hinc quoque est, quod in charta Oswaldi archiepiscopi A. D. 990. non tantum s, sed r & t Gallicum vel Romanum cum Saxonico p intermixta leguntur. ut ex hoc transcripto cernitur:

✠ **D**isponente regi regum cuncta caeli secreta nec non quae sub caeli culmine apud homines mutantur miro ordine gubernante cuius incarnationis humanae anno dcccc.xc. indictione. iiii. haec donatio quae in ista cartula saxonice sermonibus apparere confirmata & donata erat. In ussle þrihtney noman haelentey criþter ic oþþald epce þiscup cýþu þ þeo hio-
pæbden æt pioþerna ceafte ge ealbe ge iunge me geþæfedan þ ic moþte geþocian tpega
hida lomb on moþtune on ðriopa manna bæz minum tpeam ge-tuopum mannum biopnage
7 byncstane tpeam geþroþnum 7 se elþna hæbbe ða þrio æceþar 7 se iungna done feorþan
ge innop ge utter spa to ðam lanbe ge byrige þ mon nemneþ oþþe noman uppþop
7 se alle halle halþaþ on goþey noman þ hio nænig mann þær ne beþearige ða hþile þef li-
þien 7 oþþer hioþa bæz ceþpe to þær honba þe hio betyt unnen 7 hit seo done þam agen
æghþær to þrucenne to þrio tpeþna mannum bæz butan þam circ seate 7 ic cýþe þ ða
geþroþna tpegen me geþealban iiii punblic þyþþer feor þi þullan unnan. & nunc obsecra-
mus per misericordiam dñi qui est proprius & uerus dñs omnium terrarum quae ad ecclesiam dñi perti-
nent & per amorem scæe mariae cuius nomine consecratum est monasterium in pioþerna ce-
afte in quo seruire debemus. ut haec nra largitio siue consentio inuolata permanere queat.
& si quis de nris successoribus hoc in aliquo foedere temptauerit & nrae fraterne congregatio-
nis licentiam dirumpere sciat se rationem redditurum in tremendo examinis die nisi prius sa-
tis faciendo emendet. Ðis þynþan ðapa þroþna noman ðe ðar þylene geþæfedan and ge-
þealbon 7 mid criþter noþe tacne geþæþnebon.

- ✠ oþþald apce þiscup.
- ✠ æþelstan þri' mō.
- ✠ ælfþige þri.
- ✠ eadgar þri.
- ✠ þyrtan þri.
- ✠ æþelþige þri.
- ✠ æþelstan þri.
- ✠ gobinc diac.
- ✠ leofþtan diac.
- ✠ pulþpald diac.
- ✠ æþelþic diac.
- ✠ cýneþen ci.
- ✠ pulþgan ci.
- ✠ leofþin moñ.
- ✠ pulþþic ci.
- ✠ pulþnaþ ci.
- ✠ pulþþine ci.

Ab huius chartae scriptura haud adeo abfimilis est ista charta lacera Wulfstani archiepiscopi, A. D. M.XVII. in qua non solum Gallica s, r, l, s, t, cum Saxonice þ, þ, f, t, communia usurpantur; sed etiam Runicum i cum Saxonico e cernitur usurpatum.

PXp.....i proprietarum omnia ubiq; regna suo in pondere & mensura
þ sca..... precipui cultores suis hoc statuerunt dominatibus; quæ ... quia
uellent necessitatibus; litterarum apicibus; ne forte in posteris rationes minueret con-

compacta oblivio siue potius insidiosa fraud succedentium delect. Propter quod ego pulstana-
 nus dei omnipotentis providentia archipontifex meo germano fratri utenti nomine elfrige
 aliquam telluris partem. id est. VI. † mansias in loco quem vulgus appellat beonet leah cum
 omnib; ad eundē locum rite pertinentibus. hæc is se oncepto æt n....sceon 7 ða hazan þe
 þær to gebýriað. þ̅ sýndon þa betpeox ælf....er.... 7 eabpiner æbban sunan 7 æ.....
 splott be eastan sæfern fornegean hyltun 7 tpegen o...ar æt ðære fealt pic. ob eius er-
 za me benimerita dum libenti animo condono ut ipse uita comite possideat salubriter-
 que perfruatur. L..... illius transacto duob; quib; cumq; elegerit in sua tamen pro-
 geme post se derelinquat hærebib;. Deinceps autem ꝛcē matru pꝛopnensi reddatur ecclesie
 maneat igitur prenomina ta tellus libera ab omni mundiali seruitute tributorum exceptis scæ
 matris ecclesie necessitatib; aut communi expeditione i pontif arcisue restauatione. Scripta
 est etiam haec kartula anno dominice incarnationis millesimo septimo decimo his testib; adst....
 bus quorum nomina inferius caraxata cernuntur. his etiam limitib; prefata circumgyratur tellus.

Ðis sýndon þa land gemæru to beonet leage. of sæfern in bæle. anblang bæle in fulebroce. of
 fulebroce in sihtfýrþ. of sihtfýrþ in þa ealban robe. anblang þære ealban robe to þære nyþer bo-
 zenan ac. of þære nyþer bozenan ac eft in þa ealban robe. anblang ðære robe to þpým gemæ-
 re. of þpým gemære in ða ealban dic. anblang þære ealban dic in lagge bunnan. of lagge bun-
 nan in cýneparþer gemære. of cýneparþer gemære in ðoþerpic. anblang ðoþerpic eft in sæfern.

Ego pulstana in humilitate ecclesiarches cum caractere crucis consignavi.	Igo eabpic. DUX.	Igo bꝛihtpne.
Ego godpne epl conspꝛmaui.	Igo leorþine. DUX.	Igo beofnoþ.
Ego æþelstan epl adqueiui.	Igo norþman MIN.	Igo pꝛtan. DIAC.
Ego bꝛihtpold epl adnuo.	Igo eabpic MIN.	Igo eabpic. pꝛbt.
Ego afa abbar.	Igo eabpne MIN.	Igo godpne. pꝛbt.
Ego ælfþeard abb.	Igo æþerpic DIAC.	Igo pulstane. pꝛbt.
Ego leorþine monach.	Igo ælfþar MIN.	Igo æþelpne. pꝛbt.
	Igo ægelþerþ. MIN.	Igo ælmar. pꝛbt.
	Igo leorþic. MIN.	Igo pulstane. pꝛbt.

Titulus in Dorso. gean boc to beonet leage.

Hinc etiam est, quod in charta quadam *Edwardi Confessoris*, quæ in inferioribus exhibetur, *Saxonicum* Nextan scribitur cum *Gallico* x, ut & *middelreken* in charta *Eadwardi Confessoris*, quæ in *Bibl. Cotton.* loculis asservatur, hic infra descriptâ, ubi quoque *Gallorum* non tantum s longum, sed rotundum istud s finale cum *Anglo-Saxonico* r locum obtinent.

✠ **E** Adparþ kýnþe gnet alle mine byrceopel. 7 mine eoples. 7 mine þegenel on Baprocce-
 ne. 7 on middelreken fneonblice. 7 ic kýþe eop þ̅ ic hadde gezegefan cꝛiþte. 7 rancte
 petre into þerþmýnstre pinlesonan. 7 stane. 7 eall þ̅ ðær to herþ. binnan burh. 7 butan.
 * mid pica. 7 mid rocne. mid tolle. 7 mid teame. 7 mid inþanzenum þeofe. on pube. 7 on
 þelde. be stpanbe. 7 be lande. on stpæte. 7 of stpæte. 7 on eallan þingam rpa full. 7 rpa
 forþ. rpa hit me sýlfan rtoð. 7 ic nelle geþarþan þ̅ þær ani man ænne onrtync ðær ofeþ
 hadde on ænþe þongam butan se Abb. 7 þa mýnekas to rancte petref neobe. God eop gehealbe.

Chartæ huic membranaceæ appendet, lemnisco ex ipsa membrana exciso, sigillum, in cuius al-
 tera facie Rex in folio sedens dextrâ crucem, sinistrâ orbem tenet; in altera vero, folio infi-
 dens dextrâ hastam, cui columba supereminet, tenet, & sinistrâ gladium vibrat. Inscriptio cir-
 ca limbum in utraque facie; SIGILLUM EADWARDI ANGLORUM BASILEI.

† Posterior hujus vocis pars non apparet in membrana. * Alias, mid paca and mid rocne.
 N n Huic

Huic etiam chartæ annectere lubet & aliam *Aldredi* episcopi sub *Edwardo* Confessore confectam, intra annum *M.XLIX.* nimirum annum consecrationis *Aldredi* in episcopum *Wigorn.* & an *M.LVIII.* quo *Manni* abbas *Eveshamiensis* cænobii regimen sponte deposuit; propterea quod *r f* & *r s* in eadem syllaba ostendit, & novi etiam ductus *s* in hac forma *ſ* delineatam exhibet.

IN NOMINE DNI. Ðesƿ ƿputelað on ðislum ƿeƿrite. þæt ealþreð. ð. hæfð ƿeunnen æþeƿtane ƿættan ƿumne ðæl landes þ̅ ƿýnð tƿa hida. mid þam þe he ær hæfde. 7 mid þam hƿoþ-leoƿan lande. 7 he hiƿ eac ƿeƿiƿe ƿoþ tƿa hida to þam ƿoþeƿarþum. þ̅ he hiƿ hæbbe 7 ƿell þruce hiƿ ðæƿ. 7 æfter hiƿ ðæƿe tƿam ƿƿeƿeapþum. þam þe him betƿe to ƿeapnian ƿýlle. 7 þiƿf land iƿ on þam tunc þe ƿƿam cuðú mannum. hýlle iƿ ƿehaten. 7 æfter þiƿsepa þƿeopa manna ƿoþþƿoþe. ƿange þæt land eƿt into ƿiƿeƿa ceapƿe to þam þiƿƿan þe ƿe ƿýlle. þe þonne þiƿceopes ƿealde. butan ælcan ƿiþer cƿýðe. 7 þiƿƿ ƿæƿ ƿebon be eadƿarþes cýnƿes leaƿe. 7 be hiƿ ƿullan unnan. 7 þiƿseos iƿ to ƿeƿitnýƿse eall ƿe hireb on ƿiƿeƿa ceapƿe. 7 manni abb. 7 ƿe hireb on eoƿes hamme. 7 ælƿric abb. 7 ƿe hiƿeð on ƿeƿƿeoƿan. 7 leoƿric eoƿl. 7 obba. 7 ælƿric. hiƿ þƿoþoþ. 7 þƿiƿhtƿic ælƿƿaƿes osunu. 7 æƿric þæƿ. ð. þƿoþer. 7 leoƿric. 7 opine. 7 ƿaƿan. 7 atƿup. 7 ceolmæƿ. 7 oþðriƿ. 7 ƿulƿric. 7 ælƿric æt cumbriƿ tunc. 7 ƿoþric ƿinc. 7 þeƿhtƿine. 7 cola. 7 ealle þa þeƿnar on ƿiƿeƿa-ceapƿeƿeƿe. ðeniƿce 7 enƿliƿce. 7 os þiƿse land æleƿ þiƿƿes ƿeolƿ. butan ƿeall ƿeƿeoƿce. 7 þƿýƿc ƿeƿeoƿce. 7 ƿeƿo ƿoƿne. 7 cƿic-ſceatte. 7 oð ælmihtig þone ƿehealde þe þiƿs ƿehealde. 7 ƿe þe hiƿ apenðe. oððe on æniƿum þiƿƿum ƿeƿaniƿe. hæbbe him ƿiþ ƿoð ƿýlƿne ƿemæne. butan he ƿeƿƿice. 7 to ƿihte ƿeƿeƿe.

Denique, hinc etiam est, quod inscriptio *Saxonica* antiqui operis, quod in uno codicum, quos **TRANSACTIONES PHILOSOPHICAS** vocant, [N. 247.] exhibendum curavit vir per-eruditus & humanissimus *Hans Sloane* M. D. Regiæ societatis socius & secretarius, *Saxonici* ductus duas tantum literas habet, nempe **L** & **U**; ut inspicere volenti hic infra patet:

AELFRED MEL HEH LEWƿRLAN.

ÆLFREDUS ME JUSSIT FABRICARI.

Præstantissimi autem hujus operis ab omnibus ingeniosis quum propter artem, tum propter antiquitatem, in magno pretio habendi, tres icones hic damus. Prima repræsentat prototypi superioris planitiem, sive obversam frontem, non ut sculptam eam exhibuerunt *Transactiones Philosophicæ*, sed ut eam à se graphicè delineatam cœlari fecit vir insignissimus, & ab omnibus doctis, præsertim *φιλαρχαίος* cum honore semper nominandus, *Robertus Harley*, armiger, prænobilis & perantiquæ *Harleyorum* gentis in comitatu *Herefordiensi* hæres, & ingens Patriæ ornamentum:



In hac superioris sive obversæ frontis icône multa adumbrantur. primo limbus, qui in prototipo totus ex auro factus, retiformi & foliato suo artificio notabilis, à perimetro protenditur ad inscriptos characteres, qui præpositâ cruce ex auro formati, oblique in tumorem surgunt, & tam
sua

sua prominentia quam fulgore spectabiles, secundo loco intuentis oculos perstringunt. Ultra characteres adumbratur lamella figuræ quasi pyramidalis vel potius coniformis ex auro quoque facta, quam in se conspicuam, etiam observabilem reddunt duæ lineæ, quarum quæ propior characteribus est simplex, quæ remotior autem punctata sive laciniosa est. Intra lamellam hanc pyramidalem seu coniformem, continetur area plana & æqua, quæ per chrystallum hominem gravis & tristioris vultûs, caput in dextram parum inclinantem, brachia nudum, ambabusque manibus bina sceptrâ tenentem repræsentat, quæ infra delineati hominis pugnos in circulo coeuntia, surgunt supra humeros in duo divisa fastigia, quibus cum lilio aliqua similitudo est. Denique vertex hujus iconis non minus spectabilis est, ob caput piscis alicujus, vel belluæ marinæ, quod repræsentat; ex cujus rictu tubus exit, cujus orificii diametrum paxillulus aureus transecans, in eum finem aptatus videtur, ut prototypus, ejus ope retinaculi pendens, ad libitum gestantis spectandus dependeret. Notandum porro est belluino isti capiti, sive quid reale repræsentet, sive fictum ab artifice fuerit, deesse inferiorem mandibulam, cujus vicem in prototipo supplet planities parum extans, in qua quasi squamæ delineatæ videntur, ut ostenditur in icone II.

Porro lineæ omnes, quibus, sive in encausto, sive in assula gemmea, puta smaragdi, hominis facies, brachia, manus, oculi, (qui jam sine orbitis vacui spectantur) sceptrâ, pileus delineantur, & nihil non præterea, quod album in delineati hominis ectypo apparet, in prototipo ex auro omnia solida sunt. Literæ etiam *inscriptionis*, quæ in ectypis I & III, paulo majores quam in prototipo sunt, ut speciosius se ostenderent, exhibentur, ad limbi laminam (quæ utrinque perpetua fabrica est) & lamellam coniformem interiorem hinc illinc continuantur, & se inter etiam junctæ videntur in locis prototipi interlinearibus, quos puncta interlinearia hic infra designant.

* A. E. L. F. R. E. D. M. E. L. H. E. F. T. H. E. W. Æ. R. L. A. N

Ob majorem quoque illius firmitatem, *Romanum* istud sive *v* sive *y* in ultima voce inscriptionis quasi in cornua, sive floris formam infra supraque divaricatum formatur, ut vicinos utrinque characteres commodius prehenderet. porro quod elegantem operis structuram ostendit, chrystallo, quæ nitet per interstitia, quæ literas aureas intercedunt, spectantium oculi mirifice delectantur.

Icon secunda, quam ad me delineatam pro humanitate sua misit doctissimus *Musgravius*, inferiorem planitiem sive faciem averfam prototipi ostendit, quæ in ambitu undique, quàm obversa, paulo extensior, quasi fundus integri operis considerari potest.

In hac vero planitie cernitur *lilium*, lamina in aurea affabre coelatum, è cujus radice emergens caulis duo emittit folia; dein flores, qui supremam laminam pertingunt, quæ quidem lamina perinde ac chrystallus, qui delineato homini in superiori operis planitie obducitur, foliolis aureis limbi undique constricta in suo fixus & stabilis loco tenetur.

Icon III. quam ad me etiam misit *Musgravius*, profunditatem operis ostendit, ut & alterum limbi literarum, & lamellæ coniformis duabus cum lineis insignitæ prospectum. Dimensiones autem si requiras operis,

			Poll.
Longitudo ejus inter. A & B.	} icon. I, II.	} est	2, 44.
Latitudo inter C. & D.			1, 20.
Profunditas inter E. & F.			0, 46.

sin autem quantum pendeat scire velis, totum in aurificis statera examinatum tredecim circiter drachmas pendere judicatur; at deducto chrystalli vel assulæ gemmæ, in qua homo delineatur pondere, unciam plus minus. Repertum erat prope * *Achelney*, pagi *Somersetensis* oppidum, ab *Alfredo R.* frequentatum. Prototypum possidet honorabilis Vir — *Palmer*, Tribunus militum, qui *Fairfeldi* in eodem pago degit, quo humaniter indulgente, eum pluries inspexerunt *Harleyus* & *Musgravius*, quibus humanissimis viris ejus descriptionem gratus refero ac

* Vel *Achelney*. Sax. *Æþelnga-izge*, & *Æþelnga-ýge*. de quo sic *chron. Sax. Gibs.* in anno M.D.CCLXXVIII. *And þær on Cartþon pophte Ælþred cýning litte þeþede geþeoneæt Æþelnga-izge*. De *Æþelnga-izge* autem sic in nominum locorum explicatione *Cl. Gibs.* *Æþelngaæg*, *Al. Æþelngaægze*, *F. Adelingia*, *M. Eþelingeie*, *Hunt. W. Edellingeie*, *E. Eþelngheie*. *B. i. e.* nobilium insula, Hodie *Achelney* in agro *Sumerætensi*. de quo hæc habet *Afferius Menevensis*: Nam cum de necessitate animæ suæ solito cogitaret. inter cætera diviturna ꝛ nocturna bona quibus assidue ꝛ ma-

zime studebat. duo monasteria constructuæ impetravit: unum monachorum in loco qui dicitur *Æþelngaæg*. quod per maxima gronna paludorijima ꝛ intransmeabili ꝛ aquis undique circum cingitur. ad quod nullo modo aliquis accedere poterit nisi cauticijs, aut etiam per unum pontem qui inter duas alias arces operosa protelatione constructus est. in cuius pontis occidentali limine arx munitissima præparata peris imperio pulcherrima operatione constructa est. in quo monasterio divervi generis monachos undique congregavit ꝛ in eodem collocavit:

ceptam. Quoad opificium autem, tam elegans quidem id est & perfectum, ut ejus antiquitatem in dubium vocandi doctis nonnullis occasionem dederit, etsi *Alfredi* regis hoc olim fuisse peculiarium, ex quo primum vidi, nunquam dubitavi. Quoad hominem in eo delineatum, certe summa ea in ejus ore gravitas & bina sceptrata potestatis, quam *Christo* Pater tam in caelis quam in terris dedit, symbola, faciunt ut credam eam *Jesu* esse imaginem, quem forsitan dum *Romae* versaretur, ab egregio aliquo artifice delineatum esse voluit, pro pietate sua *Alfredus*. Vel forsitan *Papae* imago esse possit, qui eum *clitonem* unice amavit, & quasi prophetici spiritus plenus in regem apud *Romam* consecravit, viventibus adhuc fratribus *Aethelbaldo* & *Aethelbryto*.

Sed ut eo redeam, unde hujus monumenti gratia digressus eram, non chartae tantum, sed codd. qui post *Alfredi* tempora scripti sunt, *Gallicas* vel *Italicas* literas in usu fuisse apud *Anglo-Saxones* ostendunt. Scriptura * *S. Dunstani*, qui floruit ab anno dom. D.CCCC.LXXXVIII. quam ex ms. cod. bibl. Bodl. NE. D. II. 19. cum picto ab eo *Jesu*, ad cujus pedes ipse provolutus cernitur, hic exhibemus, id luculente monstrat; utpote in qua s longum, & st occurrunt: Codex etiam *Wigorniensis*, qui inter codd. *Junianos* in eadem bibliotheca reponitur id monstrat, ubi in initio, medio & fine vocum, st. s. r. f. g. frequenter occurrunt: ut, p. 43. a. *Epist* iſ ealler mancynnneſ fultum. ---- 7 him aþancian ðæpe milbheoptnysſe. & b. *Deus* in abiutorum meum intende domine ab abiuvandum me festina. Sic in *Capp. Canonicorum*. IV. be cneſtole. XIII. be preoſtan. XVIII. Item ab sacerdotel. XXV. be officiis diurnalium nocturnalium orarum. XXXV. be cirican. XL. be ðæy mæſſe ppeoſtel geſceadpynesſe. Codicem autem *Wigornienſem* post *Eadgari* R. excessum scriptum esse constat ex x. cap. be geſeþan, ubi sic legitur; sýððan Eadgar geendode. *Eadgarus* autem mortuus est an. dom. D.CCCC.LXXXV. In capitulo etiam XX. SINODALIA DECRETA, inscripto, versus finem mentio fit *Dunstani*, in his verbis: *Dunſtan* gebedede þ re mæſſe ppeoſt. &c. Sic quoque in tomo III homiliarum *Sax.* qui asservatur inter codd. *Junianos*, eadem literæ passim occurrunt: ut, s. r. f. st. g. in hac periodo. on ðere ilcan nihte gobel engel undýbe ða loca ðæl cpeartepneſ. 7 bodiaþ þam folce lifel popb. Sic in alio loco, þera *Apostola* forþýrd; & alibi, sela sind þera rihtpifra gebreccenneſſa. occurrunt etiam eadem literæ in computo scripto ante librum homiliarum, qui extat inter libb. *Junianos* 99. qui quidem computus scriptus erat ab *Edrico*, monacho *Wigorn.* ut constat ex IX calend. decembris; ubi paulo, ut videtur, recentiori manu hæc verba scripta leguntur: *Obiit Edricus monachus, & sacerdos, qui scripsit hunc computum.* occurrunt quoque in ipso libro, præsertim in iis, quæ *Latine* sunt scripta. Et in exemplari *Alfredanæ* versionis eccles. hist. *Beda*, quod extat in bibl. C. C. C. Oxon. s. quoque cernitur in initio, medio, & fine vocabulorum: ut, in sýx. spa. biscope. laſeopaſ. st etiam sæpe occurrit: ut in sſeþeam. sýxſta. æpæſtneſe. s etiam scribitur in principio, medio, & fine: ut in sþýþe. scs. pæste. þýsse. mæsse. pæs. sýlſes. pþiþes. st etiam occurrit, ut supra in pæste. sſ etiam in isto ms. cernitur: ut in blisþende. þýſrum. &c. Quibus addas rubricas in majusculis *Italicæ*, vel *Romanæ* formæ scriptas: ut INCIPIT ECCLESIASTICE HISTORIE GENTIS ANGLORUM LIBER QUINTUS. Porro occurrunt hæc literæ in quamplurimis aliis mss. bibl. *Bodlejana*: ut in evang. *Hatton.* in *Alfrici* pentateucho, *Laud.* E. 19. in codice *Canones penitentiales* inscripto, *Laud.* F. 17. in chronico, *Laud.* E. 80. in evangg. *Sax.* NE. F. III. 15. & in cod. ms *Sermonum Saxoniorum*, qui extat in bibl. *Lambethana*: ut in crist, iustificatus, Fol. 53. b. & similia in aliis locis. Denique hujus *Gallico-Romanæ* manus, quæ primum *Alfredo* regnante apud *Anglos* inolere, dein sub *Eadwardo*, confessore dicto, obtinere cœpit, & demum *Gulbualmo* primo summa rerum potito, prorsus obtinuit, multa exemplaria extant, quæ non multo ante *conquisitionem* sub *Eadwardo*, Confessore dicto, qui in *Normannia* enutritus in *Gallum* quasi transit, vel haud multo post eam scripta esse constat. Possident *Wellensis* ecclesie Decanus & Capitulum, nobilissimum hujus manus exemplar, quod, ut cum *Ingulpho* loquar, pulcherrimum, maxime legibile, & aspectu jucundum est: & ad me mittendas curavere humanissimi & doctissimi viri *Edwinus Sandys*, & *Richardus Healy*, illius ecclesie alter archidiaconus, alter seneschallus, nonnullas chartas, quas integra infra dabo, in hac manu exquisitissime descriptas, quarum specimen habeo, fig. 1.

Hujus etiam manus exemplar pulchrum superest in libro illo *Scaccariæ* censuali, vulgo dicto † *doomes day book*, cujus etiam specimen, ut lectori antiquorum studioso gratissimum in

* In eadem pagina habetur hæc nota in manu paulo, ut fas est credere, recentiori: *Pictura & scriptura hujus pagine subtus visa, est de propria manu sci Dunstani.* † De quo sic chron. *Sax.* *Gibf.* Anno M.LXXXV. *Æfter* ðisum hæpde se cýng mycel geþeah. and sþiþe deope pþæce piþ hiſ pitan ymbe hiſ land hu hit pæpe geþett. oððe mid hþilcon mannon. Sende ða oþer eall Engla land into ælcepe pape hiſ men. 7 lett aþan ut hu þela hundþed hýða pæpon innon ðæpe pape. oððe hþet se cýng

him pýlþ hæpde landeſ. 7 oþer innan ðam lande. oððe hþilce geþihtæ he ahte to habbanne to tþelſe monðum oþ ðæpe pape. Eac he lett geþritan hu mycel landeſ hiſ Apceþycopaſ hæpdon. 7 hiſ leod-bycopaſ. 7 hiſ abbotar. 7 hiſ eoplar. and þeah ic hit lengre telle. hþæt oððe hu mycel ælc mann hæpde ðe lande-pittende pæſ innan Engla lande. on lande oððe on oþre. and hu mycel þeow hit peape pupþ. ppa pþýþe neappelice he hit lett ut aþpýþian. þnær an ælþig hibe. ne an gýpde fig.